HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 173
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



erubescant qui uim scribturae scae facere conantur. In bonam pastem eaq: comminationis plena sunt disserentes. De hoc autem loco puto dixisse & dnm. consurget gens aduersus gentem & regnum contra regnum & cetera quae in ipsa euangelii sententia continentur. Intellegamus autem haec facta iuxta historiam quando a rege babylonio cunctae nationes in circuitu subiugatae sunt. & imperium eius sensere crudele. uel iuxta prophetiam longo post tempore in consummationem mundi futura dicuntur quae interfecti a dno. Nunquod dns ipse percutiat. sed quod in interitu pessimorum uoluntas & imperium dni compleatur.

Ululate siue iubilate pastores & clamate & aspergite uos cinere optimates gregis siue plangite arietes ouium quia completi sunt dies uri. ut interficiamini & dissipationis uestrae & cadetis quasi uasa praeciosa. siue quasi arietes electi & peribit fuga a pastorib: & saluatio ab optimatib: siue arietib: gregis notandum quod in hoc tantum loco. lxx. iubilum in malam pastem posuerunt. Pro quo alii interpretes. ululatum ut in hebreo scribtum. e. Transtullere inter pastores & arietes siue optimates gregis ista distantia est. quod pastores rationalium sunt. arietes aut & optimates referuntur ad diuites. qui & ipsi pars gregis appelluntur quodq: infest completi sunt dies uri ut interficiamini tunc complebuntur dies eorum. quando fuerint peccata completa. & dispergentur & cadent sicut uasa praeciosa ut confracta non ualeant instaurari. & quanto ante fuerint praeciosa tanto maius eorum in confractione sit damnum. siue quasi arietes electi ut pinguis hostia sit deuorare cupientium. Peribit inquid fuga a pastorib: quando non egerint penitentiam. deniq: dicitur ad pharisaeos. genimina uiperarum quis ostendit uobis fugire ab irae uenturae. & in psalmis legimus. periit fuga a me & saluatio inquid ad optimatib: gregis siue arietib: ΑΠΟΚΟΙΝΟΥC. subauditur. peribit uox clamoris pastorum & ululatus optimatum gregis siue iubilum arietum quia uastauit dns pascua earum & conticuerunt arua siue speciosa pacis a faciae irae furoris dni. & hoc notandum quod apud lxx iubilum proululatum positum sit. Inter pastores autem & arietes ista diuersitas. e. quod pastores putentur